# MEMORIA TYPOGRAPHIARUM INCLYTI REGNI HUNGARIAE ET MAGNI PRINCIPATUS TRANSSILVANIAE

QUAM IN SYSTEMA REDEGIT

JOANNES NÉMETH, PRESBYTER DIOECESIS SABARIENSIS AA. LL. ET PHILOSOPHIAE DOCTOR, IN LYCEO REGIO SABARIENSI HISTORIARUM, NEC NON DOCTRINAE RELIGIONIS PROFESSOR, ET EXHORTATOR P..O.

PESTHINI,

Typis et Sumptibus Joannis Thomae Trattner.

1818.

OSZK

A M. N. MUZEUM KÖNYVTÁRÁBÓL

HORVÁT ISTVÁN KÖNYVTÁRÁBÓL

R 2

200122

OSZK
Országos Széchényi Könyvtár

**Illustrissimo ac Reverendissimo Domino Nicolao Kasche, S. Ordinis Cisterciensium ad S. Crucem in Austria et S. Gotthardum in Hungaria Abbati, S. C. et R. A. M. Consiliario etc. Felicitatem!**

Ut praesentes Lucubrationes meas qualescunque, optima certe intentione, ad Historiam Litterariam Patriae meae, cui totum me obstrictum censeo, in pleniore luce collocandam susceptas, Tuo Nomini, Illustrissime Praesul! dedicarem, debitum est, quod me obligat, pluribus titulis tibi persolvendum. Nam Lyceum hocce Sabariense, in quo instituendae Philosophicae Juventuti jam pridem operam impendo, Existentiam suam Abbatiae S. Gotthardi, quae anno 1793 Zelo publici Boni promovendi, pro quatuor Professoribus, Phisosophica Studia tradituris, annum Salarium, accedente Benigno Regio Consensu, et Approbatione, in perpetuum fundavit, et cui Tu jam a longo tempore summa cum laude praees, potissimum in acceptis refert; unde quantum regno Hungariae accedat utilitatis et ornamenti, facile quis perspexerit considerando, jam aliquot mille Juvenes virtutibus et Scientiis in isto Lyceo excultos, per totam, qua patet, Hungariam, ne dicam per totam Monarchiam Austriacam, dispersos, utilem tam in Statu Ecclesiastico, quam Saeculari, Religioni, Regi et Patriae operam navare, iisdemque se fideliter devovere. Cum igitur Lucubrationes istae, in Lyceo S. Ordinis tui munificentia potissimum erecto, et inchoato, subsecivis a Scholasticis Laboribus horis, ad finem perductae sint, eas Tuo Nomini inscribendas esse existimavi. Tum quia eximiis a natura Corporis et animi dotibus exornatus, eas virtutibus per-

fectas, non tantum in Austriae commoda, ubi plurima meritorum Tuorum exstant vestigia, consecrasti, sed etiam in Hungariam ita extendisti, ut dum Parochias dotares, populoque de faciliori SS. Sacramentorum administratione verbique divini communicatione provideres, simul illos Scientiarum Doctores, qui veram animorum culturam promovere satagunt, liberalitate tua foveres. Tandem Gratitudo, quae acceptorum beneficiorum non sinit esse immemorem, id exposcit, ut cum Tu me, tempore feriarum autumnalium, negocii litterarii Causa Viennae commorantem, Hospicio benigne exceperis, exigui hujus, e fructibus laborum meorum decerpti munusculi oblatione Tibi testatam facerem, etiamsi mihi facultas desit parem acceptis beneficiis gratiam referendi, voluntatem profecto non deesse. Modestia Tua, qua praeditus facere laudabilia, quam laudari mavis, plura me fari prohibet. Fave quaeso, Illustrissime Praesul! Studiis meis, et vale.

Illustritatis Vestrae

Devotissimus Cliens
Joannes Németh.

# AD LECTOREM.

*Dum Historiae docendae in Lyceo Regio Sabariensi anno* 1803. *admotus, comparatis mox ad eam cum fructu praelegendam praesidiis, animadverterem, in ea potissimum Historiae Hungariae parte, quam Literariam dicimus, magnum adhuc defectum reperiri, cui nonnisi plurium virorum labore, et concursu obviari posset; coepi meam quoque operam eo conferre, et inter legendum ea, quae Historiam Litterariam Patriae meae concernebant, in peculiaria adversaria referre, quod cum pluribus annis continuarem, satis uberem materiam in hoc Studii genere consecutus sum. Quia nihilominus mihi labores Scholastici, praesertim ab anno* 1808. *a quo praeter Historiam, etiam Doctrinam Religionis tradere, et Exhortatoris munere fungi debeo, totum fere tempus eripiunt, et sibi vendicant; reliquis Historiae Litterariae partibus tantisper in herba relictis, eam partem, quae hucusque maxime neglecta jacebat, sine qua tamen Bibliographia Patriae nostrae semper manca maneret, in Systema redegi et praesenti opusculo complexus sum, in quo concinnando, praeter libros, quorum usum ipsemet habe-*

*re potui, plurimum adjuvabar Catalogo Bibliothecae Hungarico-Széchényianae Regnicolaris. Qui in hoc Studii genere aliquando laboris periculum fecerunt, advertent, ni fallor, Conatum meum serium fuisse, tantam huic opusculo perfectionem conciliandi, quanta e detectis hucusque monumentis conciliari poterat, an fructus conatui huic responderit, illi judicent. Scribebam Sabariae die 6. Februarii 1317.*

OSZK
Országos Széchényi Könyvtár

# Prolegomena

## In Memoriam Typographiarum Inclyti Regni Hungariae et Magni Principatus Transilvaniae.

---

### Origo Artis Typographicae

#### I.

Si artem ope litterarum scribendi, non multo post diluvium inventam, humano generi utilissimam, qua cogitationes et actiones nostras, tum absentibus, licet sint a nobis remotissimi, tum serae posteritati, communicare, atque oblivioni eripere valemus, excipias, nulla ars tantum influxum habuit in culturam ingeniorum, et reliquarum artium celerem propagationem, emendationemque, quam ars Typographica. Huic praecipue arti debet Europa illam in Scientiis et artibus, ac consequenter in florenti Civium suorum Statu excellentiam, qua reliquas orbis partes superat. Quemadmodum autem omnes aliae, ita et

haec ars e tenuibus et rudibus initiis exsurrexit, nec nisi sensim exculta et ad hodiernam perfectionem perducta est. Imprimis litteras tabulis ligneis incidere, hisque unam saltem folii faciem imprimere, Chinenses multis saeculis noverunt prius, quam Europaei, ad quas haec ars a chinensibus per quemdam Marcum Venetum circa An. Chr. 1300 dicitur delata, et tardius a Laurentio Coster Cive Harlemensi (in Hollandia) tanta dexteritate exercita fuisse, ut ipse communiter a suis popularibus inventor typographiae haberetur, licet haec ars (Xylographia) ob immobilitatem litterarum, et exiguum, quod prae scriptione praestat emolumentum, multum sit diversa a vera typographica arte, quae litteras mobiles pro omnibus vocibus componendis aptas, et singillatim excisas, aut fusas requirit. Harum litterarum mobilium ex metallo excisarum Inventor erat Joannes Guttenberg moguntinus, cognomine Gensenfleische genere Sorgenloch, qui anno 1436. Argenterati domicilium figens inter annos 1438 et 1439. Argentorati domicilium figens inter annos 1438 et 1439 proprie dictam artem typographicam invenit, eamque initio occulte exercuit, civibus Argentoratensibus; Heilman, Dreyzehen, Eggestein, et Mentelin adjuvantibus. Libri a Joanne Guttenberg impressi, facile a recentioribus, ruditate et inaequalitate characterum distingvi possunt. Reversus Anno 1450. Moguntiam, acceptis a Joanne Faust mutuo 800. florenis, societatem cum eo inivit, et ambo Inspectorem Typographiae suae praefecerunt Petrum Scheffer (opilio) natum Gernsheimii ad Rhenum, qui ad vitandam molestam et taediosam litterarum excisionem, 1452 excogitavit modum litteras in formis fundendi, quam artem nostra aetate Henricus Didot magis perfecit, quemadmodum et D. König Saxo, reperto mechanis-

mo pro impressione, de Typographia optime meritus est.

## Typographiae in Hungaria et Transsilvania Saeculis XV et XVI.

### II.

Argentorato et Moguntia propagatae sunt Typographiae in reliquam Germaniam, in Galliam, Italiam, et alias Europae Regiones, a quibus Hungaria in metropoli sua Budae 1473. jam habuit Typographum Andream Hess, ex Italia evocatum, qui tamen praeter chronicon Anonymi vix quidquam ibi impresserit, morte, ut probabile est, a continuatione artis suae impeditus. Sub Uladislao 2 et Ludovico 2. Regibus exulabat Typographia, verum sub Ferdinando 1. nimius multorum hominum sic dictam Reformationem propagandi Zelus, pluribus tam in Hungaria, quam in Transilvania Typographiis originem dedit, ope quarum novae opiniones facillime, et citissime propagari poterant. Hae erant Saec. 16. in Hungaria et Transilvania juxta ordinem chronologicum Typographiae: Coronae, Sarvarini, Claudiopoli, Magyar-Ovarini, Debrecini, Albae-Juliae, Szegedini, Abrug-Bányae, Alsó-Lyndvae, Nedelischae, Sempthae, Cibinii, Papae, Neosolii, Tyrnaviae, Bartphae, Detrekö et Rárbók, Német-Ujvárini, Világos-Varini, Galgocini, Magno-Varadini, Monyorokerekini, Visolyini, Servestae, Német-Schütz, Kereszturini. Ex his 26. Typographiis tantum Tyrnaviensis erat Catholicorum, reliquae pertinebant ad Acatholicos, quare multo plura opera Acatholicorum, quam Catholicorum hoc Saeculo prodiverunt, pleraque tamen eorum

jam modo inter raros libros numerantur, quia pauca tunc exemplaria solebant imprimi, et horum quoque magnam partem belli rabies et flamma consumsit. — 1. Coronensis Typographia a Joanne Hontero fundata 1534 maxime florebat vivente Hontero, postea prodiverunt quidem ex ea libri, sed non tam frequentes, praesertim ab Anno 1565 usque ad annum 1580. — 2. In Sarvariensi circa an. 1539. inchoata, et post 1541. disparente, tantum duo opera prodiverunt, quae rarissima sunt. — 3. Claudiopolitana Casparis Heltai ab an. 1550. (Sándor in Magyar Könyvesház producens opera ad ann. 1541 et 1546 Claudiopoli impressa, errare videtur) toto Saeculo erat librorum ferax, ut singulis fere annis, quin uno anno etiam plures libri inde prodirent. — 4. Magyar-Ovarini an 1558. Unicum librum impressisse refertur Anaxius Gallus Huszár minister verbi Dei tunc Ovariensis in propria sua typographia, quam hinc postea Papam transtulit. — 5. Debrecini ab an. 1562. usque ad finem Saeculi continuo multi libri excusi sunt. — 6. Albae-Juliae Typographia circa 1566. erecta, brevi post, an. 1570. sublata est, haeredibus Raphaelis Hoffhalter Typographi in Hungariam, in Comitatum Szaladiensem migrantibus. — 7. Szegedini tantum unus liber an. 1567. absque nomine typographi impressus ad nostram notitiam pervenit. — 8. Abrug-Bányae pariter tantum unicum Typographicum fructum de anno 1569 novimus. — 9. Alsó-Lyndvae impressit Rudolphus Hoffhalter Anno 1574. Conciones Georgii Kultsár. — 10. Nedelischae idem Hoffhalter eodem anno excudit opus Verbötzii Tripartitum lingva Croatica, — 11. Semptaviae habuit typographiam Petrus Bornemiszsza, donec ibi verbi Dei minister erat; superest illius typorum memoria 1574 — 1577. — 12. Cibinii jam

1529. fuit quaedam parva typographia, sed cujus nullum productum superest amplius; ab an. 1575. usque ad exitum hujus Seculi exercebatur hic ars typographica, rariora tamen sunt illa opera quae ab an. 1577 usque 1590. prodiverunt. — 13 Papae tenebat Typographiam Anaxius Gallus Huszár Superintendens 1577. — 14. Unum tantum librum novi typis Neosoliensibus 1378 excusum. — 15. Tyrnavienses typi ab Anno 1578. usque 1600. continuo sub prelis sudabant. — 16. Bartphae Typographia instructa est 1579. verum sequentibus annis usque ad annnm 1590. nullum ejus foetum deprehendi, postea autem usque ad exitum Saeculi plura opera typis expressit, — 17 Petrus Bornemiszsza in propria sua typographia, in possessionibus Detrekő, et Rárbók V.D. Minister existens, ab An. 1582. sui potissimum ingenii foetus vulgavit. — 18. Német-Ujvarini chalcographiam exercuit Joannes Manlius ab anno 1582 usque ad annum 1597. — 19. Világos-Varinum vix differt a' Német-Ujvarino, exstat liber An. 1582. Világos-Varini excusus. — 20. Valentinus Mantskovit erat typographus Galgocini annis 1584 et 1585. hinc Visolynum profectus. — 21 Typographiam Magno-Varadinensem Rudolphus Hoffhalter circa An. 1585. possidebat, quo e vivis Sublato hoc Saeculo M. Varadinensis Typographia desiit. — 22. Monyorokerekini imprimebat ab an. 1589. usque 1591. Joannes Manlius. — 23. Visolyinensis Typographiae, cujus possessor erat Valentinus Mantskovit, producta exstant ab an. 1590 usque an. 1559. — 24. Servestae 1591-1598. exstat memoria typographiae. — 25. Német-Schützini Joannes Manlius typographus Anno tantum 1593 libros excudit. — 26. Kereszturinum unicum tantum hoc Saeculo, de Anno 1598. exhibet Chalcographiae fructum. — Ex enumeratis Saeculi XVI. Typogra-

phiis, 15. ita cessarunt, ut sequente Saeculo neque resuscitatae fuerint; reliquae 11 vero partim sine interruptione Continuatae etiam sequente Saeculo, partim veteribus typographiis evanescentibus, in iisdem locis novae erectae sunt.

## Typographiae in Hungaria et Transsilvania Saeculo XVII.

### III.

Typographiae, quae Saeculo XVI. exortae, etiam Saeculo XVII. in undecim locis aut permanserunt, aut restauratae sunt, hoc ordine se excipiunt: Coronensis, Sárvariensis, Claudiopolitana, Debrecinensis, Alba-Juliensis, Cibiniensis, Papensis, Tyrnaviensis, Magno-Varadinensis, Keresztúrinensis. Praeter has erectae sunt hoc Saeculo 15. Typographiae: Cassoviae, Posonii, Leutschoviae, Tsepregini, Trenchinii, Samariae, Sáros-Patakini, Eperjesini, Solnae, Nagy-Enyedini, Sopronii, in Tsikiensi monasterio, Keresdini, Zagrabiae, Udvarhelyini. — 1. Coronensis Typographia ab anno 1594, usque ad annum 1630. nullum sui vestigium nobis reliquit; ab anno 1644. usque ad exitum Saeculi multa opera ex ea prodiverunt. — 2. Sárvárini duos tantum libros impressit Joannes Manlius 1602. — 3. Quidquid Claudiopuli ab an. 1600. usque ad annum 1669. excusum est, notam raritatis praesefert; postea vero satis fatigabantur prelo. — 4. Typi Debrecinenses toto Saeculo exercebantur, sed ab An. 1634 usque 1663. remissius. — 5. Nova Typographia An. 1620. Albae-Juliae erecta, an. 1658 destructa est. — 6. Vestigia Typogra-

phiae Cibiniensis ab An. 1600. usque 1616. item ab An. 1619. usque ad An. 1646. denique ab an. 1653. usque ad Ann. 1663. vix apparent, reliquo hujus Saeculi tempore copiosa opera produxit. — 7. Nova Papensis Typographia etiam hoc Saeculo unum tantum opus an. 1628 excudit. — 8. Producta Tyrnaviensium Typorum ab An. 1605. usque ad An. 1644. paucissima sunt, sed deinceps, praesertim post annum 1679' fertilitate sua omnes alios superarnnt. — 9. Bartphensis Typographia ab an. 1612 usque ad an. 1627, item ab anno 1651. usque ad annum 1666. parum produxit, ab anno vero 1673. usque 1700. penitus quievit. — 10. Abraham Kertész Szentziensis servabat typographiam Magno-Varadini ab an. 1640. usque 1660. quo Turcae Civitatem occuparunt. Citant aliqui libros, annis 1604, 1630, 1632, 1633, 1635, Magno-Varadini impressos, sed metuo ne tituli memoratorum librorum eos in errorem induxerint. — 11 Typographia Kereszturinensis tantum initio hujus Saeculi usque ad annum (circiter) 1619. subsistebat. — 12. Cassoviae coepit existere Typographia 1610. difficulter tamen possunt inveniri libri ab anno 1637. usque ad an. 1657. item ab an. 1685. usque 1700. typis Cassoviensibus expressi. — 13. Posoniensium quoque typorum origo circa an. 1610. quaerenda est, qui initio satis terebantur, verum ab an. 1651. usque 1667. item ab anno 1677. usque ad Saeculi finem plerumque ociosi jacuerunt. — 14. Typographia Leutschoviensis ab an. 1614, initio existentiae suae, tam multos libros, toto Saeculo evulgavit, ut maximam celebritatem consecuta fuerit. — 15. Tsepreginum ab an. 1628. usque 1641. fruebatur typorum beneficio. — 16. Trenchinii erat Typographia ab anno (circiter) 1640. usque 1663. — 17. Memoria typographiae Samariensis tantum ad annum 1650.

reperitur. — 18. Sáros-Patakini vigebat ars typographica ab an. 1650 usque ad annum 1672. — 19. Eperjesini Thomas Scholtz anno solummodo 1656. impressit. — 20. Solnae ab an. 1665. usque ad exitum Saeculi fatigabantur prela, ab anno tamen 1672 usque ad annum 1688. rarissimi sunt eorum foetus. — 21. Collegium Reformatorum Nagy-Enyedinense circa an. 1672 dono accepit partem Typographiae Abrahami Kertész Szentziensis sine haerede mortui, verum haec typographia diutissime neglecta mansit. — 22. Initia Sproniensis Typographiae ad annum 1673. referenda sunt, paucissimi tamen ex ea hoc Saeculo Libri prodiverunt, illique raris accenseri possunt. — 23. Tsikiense Monsterium typos habuit ab anno 1681. usque ad annum 1685. — 24. Keresdini ab anno 1684. usque ad an. 1687. imprimebantur libri: „Lelki A, B, C, a' Kristus Oskolájában az alsó rendben bé-állittandó tsetsemőknek 'sa't. hasznokra fordította Angolyból Medgyesi Pál (2 kiadás) Keresden 1684. in 8-vo" — „Az üdvözitőnknek haláláról, 's feltámadásáról való versek, írta Badó János. Nyomtattatott Keresden 1685. in 12-mo. Reliquos vide Memor. Typogr. XXIV. — Post annum 1687. Typographia Keresdinensis evanuit. — 25. Zagrabiae primum an. 1696 erecta est Typographia. — 26. Unus tantum Udvarhelyini an. 1700. impressus liber mihi innotuit. Ex his Typographiis 8, nempe: Sárvariensis, Keresztúrinensis, Tsepregiensis, Trenchiniensis, Samariensis, Sáros-Patakinensis, Keresdinensis, Udvarhelyiensis, hoc Saeculo desierunt, reliqne 18. sequente quoque Saeculo exstiterunt.

# Typographiae in Hungaria et Transsilvania Saeculis XVIII et XIX.

## IV.

Typographiae, e Saeculo XVII. etiam Saeculo XVIII superstites, aut ibi sublatae, hic iterum resuscitatae, 18. sunt nempe: Coronensis, Claudiopolitana, Debercinensis, Alba-Juliensis, Cibiniensis, Papensis, Tyrnaviensis, Bartphensis, Magno-Varadinensis, Cassoviensis, Posoniensis, Leutschoviensis, Eperjesiensis, Solnensis, Nagy-Enyedinensis, Soproniensis, Tsikiensis Monasterii, Zagrabiensis. — Novae Typographiae hoc Saeculo in 27 locis sunt erectae utpote: Kesmarkini, Budae, Maria-Thall, Puchovii, Jaurini, Comaromii, Pestini, Agriae, Magno-Carolini, Balás-falvae, Strigonii, Medgyesini, Coloczae, Temesvarini, Vacii, Quinque-Ecclesiis, Varasdini, Eszekini, Bisztricii, Szakolczae, Dioszegini, Sabariae, Schemnicii, Weszprimii, Flumine, Maros-Vásárhelyini, Neoplantae. — 1. Coronensis Typographia ultra dimidium Saeculi XVIII substitit. — 2. Claudiopoli toto Saeculo sine intermissione libri imprimebantur. — 3. Debrecini initio Saeculi usque ad annum 1718. paucissimi libri, postea usque ad finem satis copiosi, vulgati sunt. — 4. Albae-Juliae nova Typographia circa An. 1702. instructa mox defecit, alia, anno 1785. erecta perduravit. —. 5. Cibiniensis florebat toto Saeculo. — 6 Papae circa medium Saeculi nova Typographia suscitata vix 4. opera produxit. — 7. Tyrnaviensis fuit omnium Typographiarum florentissima. — 8. Bartphae existebat Typographia ab anno tantum 1701. usque ad an. 1715. — 9. Magno-Varadinum circa an. 1745. iterum typos obtinuit,

qui tamen ab anno 1755. usque 1770. sine usu jacuisse videntur, deinceps usque ad finem Saeculi prelo torquebantur. — 10. Initio Saeculi usque ad ann. 1716. sterilis erat typographia Cassoviensis, postea usque ad finem uberem messem praebuit. — 11. Posonium quoque usque 1715. defectum typorum patiebatur, dein pluribus sensim Typographiis ibidem erectis, singulis annis plura opera procusa sunt. — 12. Leutschoviae typo Breweriani, hoc Saeculo minus, quam praecedenti exerciti, an. 1752. incendio destructi sunt. Abhinc nulla fuit Leutschoviae Typographia, donec an. 1777. nova instituta fuisset, quae permansit. — 13. Eperjesini circa an. 1776. erecta est typographia hucusque stabilis. — 14. Solnenses Typi tantum initio Saeculi primis decem annis superfuerunt. — 15. Nagy Enyedinensis Typographia raro, et nonnisi per magna temporis intervella quaedam excudit. — 16. Usque ad annum 1735. sparsim tantum inveniuntur Chalcographiae Sopronienis vestigia, tardius Copiosa occurrunt. — 17. Tsikiense monasterium habuit typos ab anno 1719. usque 1760. — 18. Zagrabiae ars imprimendi toto Saeculo florebat. — 19. Késmarkini tantum ab 1705. usque 1708 erant typi. — 20. Budae ab anno 1725. multi libri excusi sunt, praesertim postquam Typographia Universitatis illuc translata fuisset. — 21. Mariana Vallis (Maria Thall) sedes olim Generalium Ordinis FF. Eremitar. S. Pauli Primi Eremitae, an. 1725 typis provisa fuisse perhibetur. — 22. Puchovii imprimebantur libri 1725—1728. — 23. Jaurini ab an. 1727. existit Typographia Streibigiorum singulis annis productorum ferax. — 24. Typographus Nicol. Joan. Schmid, circa an. 2740. Comaromii habitans non multo post disparuit; nova Typographia an. 1789. erecta persistit. —

25.

25. Pestinum ab an. 1755. sedem praebet Typographiis, quae plurima rei litterariae Subsidia proferunt. — 26. Agriensis typographia ab an. 1756. existit. — 27. Magno-Carolinum ab an. 1756 usque 1792. gaudebat typorum beneficio. — 28. Balásfalvenses typi circa annum 1761. sunt exorti. — 29. Strigonii erat typographia ab an. 1762. usque ad an. 1765. — 30. Medgyesini filialis tantum typographia circa an. 1764. habebatur. — 31. Coloczae typographia existit ab an. 1765. — 32. Temesvárinum ab an. 1769. tenet Typographiam. — 33. Vaciensis Typographia ab an. 1770. subsistit. — 34. Quinque-Ecclesiis imprimuntur libri ab an. 1772. — 35. Varasdini erant in usu typi ab an. 1774. usque an. 1785. — 36. Essekini ab anno 1776. in Diwwaltiana typographia multi libri excuduntur. — 37. Bistriczii erat typographia an. 1779. — 38. Szakoltzam introducta est typographia an. 1788. quae ibi hodiedum viget. — 39. Diószegini circa annum 1789. exiguo tempore habebat typos Paulus Medgyesi. — 40. Sabariae exercetur ars imprimendi ab an. 1789. — 41. Schemnicium pariter ab anno 1789. habet chalcographiam. — 42. Similiter Weszprimiensis Typographiae origo ad an. 1789. refertur. — 43. Fluminensis typographia circa an. 1790. vigebat. — 44. Maros-Vásárhelyinum circa an. 1790. typos acquisivit. — 45. Neoplante circa an. 1791. erecta est Typographia, quae hodiedum permanet. — Accesserunt Saeculo XIX. 1. Typographia Alba-Regalensis per Michaelem Szammer Weszprimiensem typographum circa an. 1802. instructa. — 2. Kismartoniensis pariter circa an. 1802. inchoata. — 3. Szegedinensis ab an. 1803. — 4. Szigethensis in Marmatia ab an. 1804.

# Conspectus omnium Typographiarum Hungariae et Transsilvaniae juxta Ordinem Chronologicum.

V.

Loca, in quibus Typographiae aliquando extiterunt, aut existunt, adnotato anno Originis, earum, haec sunt: Buda 1473., et 1725. — Corona 1534. — Sárvárinum 1539., et 1602. Claudiopolis 1550. — Magyar-Óvárinum 1558. — Debrecinum 1562. — Alba-Julia 1566, 1620, et 1785. — Szegedinum 1567 et 1803. — Abrug-Bánya 1569. — Alsó-Lyndua 1574. — Nedelische 1574. — Sempthe 1574. — Cibinium (1529) 1575. — Pápa 1577., 1628, et 1750. — Neosolium 1578 et 1785. — Tyrnavia 1578. — Bartpha 1579. — Detrekő 1582. — Német-Ujvárinum 1582. — Világos-Varinum 1582. — Galgocinum 1584. — Rárbók 1584. — Magno-Varadinum 1585, 1640 et 1745. — Monyorokerekinum (Eberau) 1589. — Visolyinum 1590. — Servesta 1591. — Német-Schütz 1593. — Keresztúrinum 1598. — Cassovia 1610. — Posonium 1610. — Leutschovia 1614. — Tsepreginum 1628. — Trenchinium 1640. — Samaria 1650. — Sáros-Patakinum 1650. — Eperjesinum 1656, et 1776. — Solna 1665. — Nagy-Enyedinum 1672 et 1767. — Sopronium 1673. — Tsikiense Monasterium 1681. — Keresdinum 1984. — Zagrabia 1696. — Udvarhelyinum 1700. — Késmárkinum 1705. — Maria-Thall 1725. — Puchovium 1725. — Jaurinum 1727. — Comaromium 1740. et 1789. — Pestinum 1755. — Agria 1756. — Magno-Carolinum 1756. — Balásfalva 1761. — Strigonium 1762. — Medgyesinum 1764. — Colocza 1765 — Temesvárinum 1769. — Vacium 1770. — QuinqueEcclesiae 1772. — Varas-

dinum 1774. — Eszekinum 1776. — Bisztritz 1779. — Szakoltza 1788. — Diószeg 1789. — Sabaria 1789. — Schemnicium 1789. — Weszprimium 1789. — Flumen 1790. — Maros-Vásárhelyinum 1790. — Neoplanta 1791. — Alba-Regia 1802. — Kismartonium 1802. — Szigethum 1804. —

## Typographi Hungariae et Transsilvaniae juxta Ordinem Alphabeti, cum adnotatione locorum ubi, et temporis, quamdiu impresserunt.

### VI.

Abádi Benedictus Sárvárini (Neanesi, Új-Szigeth) 1541.
Abrugius Georgius Claudiopoli 1634-1638.
Aksamitek Zacharias Posonii 1748.
Ambro Franciscus Ignatius Vacii 1772-1793.
Balent Ignatius Joannes Bapt. M. Varadini 1779-1785.
Barth Joannes Cibinii 1693-1744.
Barth Joannes Cibinii 1766-1779.
Barth Joannes Cibinii 1801. sequ.
Barth Petrus Cibinii 1780-1801.
Bauer Carolus Josephus Agriae 1759-1765.
Becskereki Michael Claudiopoli 1742, et Magno-Varadini 1754.
Belnay Georgius Aloysius Posonii 1801-1809.
Benjaminus Laurentius ab Hoge Trenchinii 1648-1654.
Berger Leopoldus Tyrnaviae 1732-1739.
Bornemiszsza Petrus. Semptaviae 1574-1577. Detrekö et Rárbok 1582-1584.
Bosytz Stephanus Cassoviae 1684.
Brewer Joannes Leutschoviae 1706.

Brewer Laurentius Leutschoviae 1624-1664.
Brewer Samuel Leutschoviae 1665-1698.
Brewer Samuelis Haeredes Leutschoviae 1706-1708.
Breweriana Sophia vidua Leutschoviae 1699-1704.
Byller Matthaeus Tyrnaviae 1669.
Chrastina Daniel Puchovii 1725-1728.
Crato Joannes Henrieus Cibinii 1590-1594.
Csáthy Georgius Debrecini 1804. sequent.
Czizek Nicodemus Trenchinii 1657-1659.
Dadan Joannes Solnae 1665-1698.
Diwaltiani typi Essekini 1811.
Diwalt Joannes Martinus Essekini 1776-1803.
Dobner Sebastianus Ferdinandus Sopronii 1692-1731.
Effmunt Jacobus Lignicensis Albae-Juliae 1628-1632.
Eitzenberger Anna Pestini 1776-1782.
Eitzenberger Antonius Pestini 1783-1784.
Eitzenberger Franciscus Magno-Carolini 1780-1781 et Magno-Varadini 1786.
Eitzenberger Franciscus Antonius Pestini 1758-1776.
Eitzenberger Joseph. Dominicus Pestini 1766-1768.
Ellinger Joannes Josephus Cassoviae 1788, 1806. sequent.
Endter Martinus Leutschoviae 1723.
Engel Christina vidua Quinque-Ecclesiis 1796-1812. sequent.
Engel Joannes Josephus Quinque-Ecclesiis 1772-1796.
Ericus Erich Cassoviae 1669-1670.
Faber Bonaventura Servestae 1591.
Faber Michael Posonii 1676.
Fabri Bonaventurae Haeredes Servestae 1598.
Fabricius Joannes Cibinii 1598.
Farkas Emericus Kereszturini 1610-1619. et Csepregini 1628-1641.

Fischer Joannes Cassoviae 1610-1618.
Fodorik Melchior Debrecini 1633-1651.
Frauenheim Joann. Henric. Cassoviae 1723-1735.
Frantl ger Gregorius Cibinii 1576.
Friedl Joannes Adamus Tyrnaviae 1690-1693.
Gall Fridericus Tyrnaviae 1717-1731.
Geich Joannes Henricus Tyrnaviae 1712.
Gottlieb Antonius Vacii 1793-1817. Magno-Varadini 4803. sequ. Szigethi 1804. sequ.
Götjen I. C. Sopronii post an. 1736.
Greus Georgius Coronae 1583.
Gründer Godoffredus Posonii 1669-1671.
Grünn Urbanus Szegedini 1803 sequent.
Gutmann Joan. Paul. M. Varadini 1799-1801.
Guttgesell David Bartphae 1590-1599.
Hauck Andreas Tyrnaviae 1689.
Heilwel Jacobus Wenceslaus Zagrabiae 1714-1716.
Heimerl Josephus Temesvárini 1769-1779.
Heltai Anna Claudiopoli 1621-1624.
Heltai Caspar Claudiopoli 1550-1577.
Heltai Casparis vidua Claudiopoli 1578-1580.
Heltai Caspar Junior 1580. sequent. Claudiopoli.
Hermannus Michael Coronae 1644-1691.
Hermelius Joannes Cibini 1691,
Hess Andreas Budae 1473.
Heusler Martinus Cibinii 1575.
Hochmeister Martinus Cibinii 1781. sequent. et Claudiopoli 1792. sequentibus.
Hoffgreff Georgius Claudiopoli 1551-1558.
Hoffhalter Raphael (Viennae 1557-1562) Debrecini 1565. Albae-Juliae 1567.
Hoffhalter Raphaelis Vidua. Albae-Juliae 1568.
Hoffhalter Rudolphus Alsó-Lynduae 1574. — Nedelischae 1574 — Debrecini 1584-1587. Magno-Varadini 1585.
Hölzdörfer Michael Claudiopoli 1702. et Cibinii 1707-1714.

Honterus Joannes Coronae 1534-1549.
Hörl Cajetanus Franciscus Zagrabiae 1759-1763.
Hörmann Joan. Andreas Tyrnaviae 1695-1703. et Cassoviae 1721.
Huszár Gallus Anaxius Magyar-Óvarini 1558 et Papae 1577.
Jandera Antonius Zagrabiae 1769-1770.
Janderiana Vidua Julianna Zagrabiae 1773.
Jankovits Emanuel Neoplantae et Belgradi 1791 seq.
Jankovits Joannes Neoplantae 1804 seq.
Jelinek Wenceslaus Tyrnaviae 1791 seq.
Jónas Jacobus Josephus Temesvarini 1790-1804.
Jónas Ludovicus Temesvarini 1806. seq.
Jüngling Stephanus Cibinii 1666-1684.
Kállai Gregorius Debrecini 1756.
Kander Wilhelmus Solnae 1707-1708.
Kapronczai Adamus Claudiopoli 1783-1784.
Karancsi Georgius Debrecini 1664-1673.
Karletzky Laurent. Aloys. Flumine 1790. seq.
Kassai Pauli Vidua Debrecini 1696.
Kassai Paulus Debrecini 1687-1693.
Kertész Abraham Szentziensis Magno-Varadini 1640-1660. Claudiopoli 1660-1662. et Cibinii 1663-1670.
Kiss Nicolaus Tótfalusiensis Claudiopoli 1690-1702.
Klemann Josephus Magno-Carolini 1790-1791.
Klemann Sigismundus Magno-Carolini 1782.
Klöss Jacobus Bartphae 1598-1657.
Kollmann Josephus Franciscus Claudiopoli 1776-1780 et 1776 simul Cibinii
Komlós (Lupinus) Andreas Debrecini 1570.
Kotsche Josephus Carolus Zagrabiae 1780-1804. seq.
Landerer Anna Budae 1802-1817.
Landerer Catharina Budae 1779-1801 et 1782. 1783 simul Pestini.
Landerer Francisci Haeredes Budae 1771. seq.

Landerer Franciscus Cassoviae 1799 seq.
Landerer Joannes Michael Posonii 1751-1808. seq. Cassoviae 1775-1794. Pestini 1784-1808. sequent.
Landerer Joannes S. Budae 1725.
Landerer Leopoldi Francisci Haeredes Budae 1765.
Landerer Leopoldus Franc. Budae 1754-1764.
Landerer Leopold. Francisc. Budae 1766-1771.
Lehmann Christianus Coronae 1755 et Bisztriczii 1779-1784.
Lengyel Andreas Claudiopoli ante 1702.
Lettner Josephus Godofredus Pestini 1785-1788.
Lipsiensis Rheda Paulus Debrecini 1601-1619.
Lipsiensis Pauli haeredes Debrecini 1619.
Lipsiensis Rheda Petrus Debrcini 1621-1628.
Löve Antonius Posonii 1777-1788.
Lutheolani Typi Trenchinii 1663.
Major Martinus Albae-Juliae 1642-1656. seq.
Makai R. Joannes Claudiopoli 1621.
Manlius Joannes (Hans Manuel) Német-Ujvarini 1582-1597. Monyorokerekini 1589-1591. Német-Schützini 1593-1604. Sarvarini 1602.
Mantskovit Walentinus Galgocini 1584-1585. Visolyini 1586-1605.
Margitai Joannes Debrecini 1742-1752.
Margitai Stephanus Debrecini 1764-1782.
Martius Nicolaus Tyrnaviae 1687.
Mayer Joseph. Carol. Leutschoviae 1803. seq.
Medgyesi Paulus Diószegini 1789. seq.
Mezleni Martinus Albae-Juliae 1624.
Müler Stephanus Coronae 1704-1707.
Némethi Michael Claudiopoli 1684. seq.
Nitreus Joan. Cibinien. Coronae 1580.
Nottenstein Joan. Georg. Budae 1728-1734.
Nottenstein Veronica vidua Budae 1739-1750.
Novoszel Antonius Zagrabiae 1796-1806. seq.

Oderlitzky Antonius Posonii 1792.
Otmar Valentinus Tyrnaviae 1584.
Páldi Székely Stephanus Claudiopoli 1754-1769.
Pallas Joan. Bartholom. Zagrabiae 1723-1727.
Pape Augustin. Henric. Eperjesini 1781-1797.
Pap Stephanus Magno-Carolini 1756-1771.
Pataki Josephus Claudiopoli 1745-1753.
Pataki Samuel Claudiopoli post 1770.
Patzkó Francisc. Augustin. Pestini 1788-1797. seq. Posonii 1772-1797 seq.
Patzkó Franciscus Josephus Pestini 1800-1807. Posonii 1801 seq.
Perger Aloysius Franciscus 1806-1817.
Pistorius Marcus Cibinii 1634-1650.
Podhoránszky Michael Leutschoviae 1777-1806. sequent.
Polumski Casparus Cibinii 1695.
Rädlitz Joan. Mich. Eperjesini 1801 seq.
Rädlitz Michaelis Vidua Eperjesini 1776.
Reiner Antonius Zagrabiae 1754-1756.
Renius Georgius Sáros-Patakini 1650-1657.
Rennauer Philippus Joannes Sopronii 1739-1745.
Rennauerin Anna Maria Vidua Sopronii 1747.
Rietmiller Matthaeus Tyrnaviae 1676.
Rikesz Michael Posonii 1631.
Riskó Samuel Huszti Debrecini 1790-1791.
Roden Georgius Andreas Tyrnaviae 1713-1715.
Rosnyai Joannes Sáros-Patakini 1658-1672. Claudiopoli 1675-1677. et Debrecini 1677-1682.
Rosnyai Joannis Vidua Debrecini 1683.
Royer Franciscus Antonius Posonii 1748-1750 seq. Agriae 1756 seq. Strigonii 1762-1765. Coloczae 1766. seq. Pestini 1775-1782.
Royer Joannes Paulus Posonii 1715-1735. seq.
Royer Haeredes Posonii 1741-1747.
Royerin Maria Magdalena Vidua Posonii 1738.
Sac. Caes. Reg. Ap. Majes. Typi Cassoviae 1773-1775.

Sanbuch Georgius Bartphae 1668.
Sárdi Samuel Cibinii 1748-1768.
Schauff Joan. Nepom. Posonii 1793-1801.
Schmid Nicolaus Joannes Sopronii 1735-1736 et Comaromii 1740.
Schneckenhaus Melchior Tyrnaviae 1655.
Scholtzius Christophorus Neosolii 1578.
Scholtz Thomas Eperjesini 1656
Schultz Daniel Leutschoviae 1617-1622 et Cassoviae 1623-1626 seq.
Schultz Danielis vidua Cassoviae 1658-1663.
Severini Marcus Cassoviae 1658-1663.
Severini Susanna Cassoviae 1664.
Seuleriana Typographia Coronae 1704 seq.
Seülerus Lucas Coronae 1693-1696.
Siess Antonii Haeredes Sopronii 1806-1817.
Siess Clara vidua Sopronii 1787-1799.
Siess Joannes Josephus Sopronii 1754-1787.
Siess Josephus Antonius Sabariae 1789-1806. et Sopronii 1800-1806.
Skarnitzl Francisc. Xaver. Szakoltzae 1803. seq.
Skarnitzl Joseph. Anton. Szakoltzae 1788-1791.
Snischek Carol. Caspar. Posonii 1815.
Srnensky Matthias Tyrnaviae 1681.
Stephani Joannes Neosolii 1797. sequent.
Stotz Joan. Leopold. Kismartonii 1802 sequ.
Streibig Anton. Joseph. Sopronii 1715-1726. et Jaurini 1727-1737.
Streibig Joan. Gregor. Jaurini 1738-1781.
Streibig Joan. Gregor haeredes Jaurini 1782.
Streibig Josephus Jaurini 1783-1806 et Weszprimii 1789 seq.
Streibig Josephi vidua Helena Jaurini 1806 seq.
Streibig Leopoldus Jaurini 1816.
Sulzerus Franciscus Joannes Schemnicii 1789 seq.
Sylvester Joannes Sarvarini (Neanesi) 1539.
Szálvasi Andreas Claudiopoli 1624.

Szammer Michael Weszprimii 1798-1806. et Albae-Regiae 1802 seq.
Szammer Michaelis Vidua Clara Weszprimii 1807 seq. et Albae-Regiae 1807 seq.
Szatmári Pap Alexander Claudiopoli 1730-1745.
Székesi P. Michael Keresdini 1684-1687.
Szentyel Mich. Veresegyh. Claudiopoli 1669-1681.
Szepes-Várallyai Bernar. Matthae. Papae 1628.
Szigethi Michael Debrecini 1794-1802 seq. et Magno-Varadini 1806. seq.
Telegdi Pap Samuel Claudiopoli 1703-1730.
Thilo Jacobus Cibinii 1616-1619.
Töltesi Stephanus Debrecini 1684-1685.
Tomentsek Joannes Coloczae 1803 seq.
Török Michael Debrecini 1562-1567.
Trattner Joan. Thom. Varasdini 1774-1776 seq. et Zagrabiae 1779-1790.
Trattner Matthias Pestini 1784-1813.
Trattner Joan. Thom. Pestini 1814. sequ.
Tumler Joan. Joseph Neosolii 1785-1794.
Türsch Joannes David Cassoviae 1666 1668.
Türsch Joan. Davidis vidua Cassoviae 1668-1669.
Tzaktornyai Joannes Debrecini 1591-1593.
Udvarhelyi Michael Cibinii 1668.
Wagner Josephus Coloczae typogr. Archi-Episcopalis.
Wagner Valentinus Coronae 1549-1557.
Válaszuti Andreas Albae Juliae 1624.
Weber Simon Petrus Posonii 1783-1817. et Comaromii 1789-1794.
Weghelius Andreas Samariae 1650.
Weichenberg Simon Taddae. Claudiopoli 1731. 1733.
Weinmüller Clara Comaromii 1801-1817.
Weinmüller Valent. Joseph. Comaromii 1794-1800.
Weitz Joannes Bapt. Zagrabiae 1734-1747.
Vincze Georgius Debrecini 1693-1700.

Vintzler Martinus Cibinii 1575.
Viski Paulus Debrecini 1723.
Vitriari Matthias Késmárkini 1705-1708.
Wocalius Venceslaus Trenchinii 1640.
Wocalii vidua Dorothea Trenchinii 1642.
Zeissel Nicodemus Trenchinii s. a.

## De Typographis Hungaris in exteris Regionibus, de Bibliopolis in Hungaria etc.

### VII.

Hungaros utilissimae artis typographicae cultores fuisse inde constat, quod eam multi non tantum Domi, sed etiam in exteris Regionibus diligenter exercuerint: vide Tudományos Gyüjtemény 1817. Első Kötet. p. 72. 1-mo Thomas, Cibinii in Transilvania natus, fuit typographus Mantuae et Modenae an. 1472-1481. „Conciliator Differentiarum Philosophorum et praecipue Medicorum Clarissimi viri Petri de Arano Patavini *In fine*: Laus Deo. Amen. Finit Conciliator. Ludovicus Carmelita primus hoc opus Ere imprimi jussit Mantuae per Thomam Septem Castrensem de Civitate Hermanni et Johannem Burster de Campidona socios. Anno verbi Incarnati M.CCCCLXXII. in fol." — „Tractatus Magistri Arnaldi de villa nova de arte cognoscendi venena: *Item* Tractatus de venenis a Magistro Petro de Abano editus. *In fine*: Finitum Mantuae Anno Domini M.CCCCXXIII. Char. Thomae Septem Castr. et Joh. Wurster in 4-to" — „Aesopi Fabulae (versibus Latinis) *In fine*: Finit. Esopus Mutine impressus impensa et opera Dominici Rhochociola: per Thomam Septem Castrensem et Jo-

annem Franciscum Socios: compositus per me Nicolaum Jenson. Anno millesimo quadringentesimo octuagesimo primo: die decima nona Maji in 4-to — 2-do Andreas Coronensis Transilvanus, Typographus Venetiis 1476-1484. „Alberti de Padua expositio Evangeliorum Dominicalium et Festivalium. *In fine*: Liber predicationum etc. Venetiis impressus per Magistros. Adam de Rotuuil et Andream de Corona finit. Anno 1476. 8. Kl. Janu. in fol." — „Breviarium Olomucense. *In fine*: Explicit Breviarium secundum morem Ecclesiae Olomucensis. Impressum Venetiis per Andream Corvum Burciensem de Corona: Martinum Burciensem de Czeidino: et Conradum Stachel de Blaubeurn socios: sub anno Incarnat. Domini M.CCCCLXXXIIII. die XXVIII. mensis Septembris laus deo. in fol. — 3. Bernardus Typographus 1478. „Como per virtu de sante oratione se unisce la anima con dio, et como questa anima de la quale se parla qui essendo elevata in contemplacione a domandava qualtro petecione al summa dio: Anno M.CCCCLXXVIII. die vero vicesima octava mensis Aprilis impressum per discretum virum Bernardum de Dacia. in fol." — 4. Petrus Typographus Lugduni in Gallia 1482-1501 „Gvarint Veronensis Ars diphthongandi, punctandi, et accentuandi cum Vocabulario breviloquo. *In fine*: finit Vocabularius Breviloquus triplici alphabeto (sic) diversis ex auctoribus, nec non corpore utriusque Juris collectus ad latinum sermonem Capessendum utilissimus. Impressus Lugduni per mgrum Petrum Ungarum. Anno Domini 1482. Laus Deo. fol. min." — „Tractatus de proprietatibus rerum editus a Bartholomeo Anglico Ordinis fratr. minor. (Lugduni) per Petrum Ungarum 1482. Nov XXI. in fol." — „Justiniani Instituta cum Summariis et additio-

nibus. — Impressit autem honorabilis Vir Magister Petrus Ungarus in inclita Urbe Lugdunensi totius impressoriae artis vir peritissimus. Anno Domini M.CCCCCI. Mense Januarii die ver. XII. in 4-to minor. pag. CXCIX." — 5. Martinus Typographus Venetiis an. 1484, natus Czeidini in Transilvania. (Vide hic superius numero 2-do) — 6. Simon de Gara Typographus Venetiis 1491. „Biblia Latina. Venetiis per Simonem de Gara. Venetiis M.CCCCLXXXXI in fol." — 7. Basay Typographus Cremonensis 1494. „Joannis Jacobi Cornali Epigramma et Dialogus notabilis ad Bartholom. Mar. de Fornicibus. Cremone per Basaynum Ungarorum (sic) et Caesarem Parmensem socios 1494 in 4-to. — 8. Lucius Transsilvanus, Typographus Helmstadiensis 1583. „Reineccii (Reineri) Methodus legendi, cognoscendique Historiam tam Sacram quam profanam. Accessit Oratio de Historiae dignitate etc. Helmestadii excudebat Lucius Transsilvanus 1583 in fol." — 9. Joannes Thomas Trattner (ut caeteros omittam) Viennae Typographus Aulicus et Bibliopola. Natus est an. 1717. in Comitatu Castriferrei in pago Jotmansdorf de pauperibus parentibus. Artem typographicam coepit discere Neostadii an. 1735, quam Viennae perfecit, ibique an. 1748 propriam typographiam erexit, successu temporis ita auctam, ut 34 prela numeraverit, et praeterea 5. filiales typographias habuerit: Zagrabiae nempe, Pestini, Oeniponti, Lincii et Tesgesti; possedit insuper 8. Bibliopolia, et 18 Librorum depositoria. An. 1767. primam, an. vero 1786 alteram erexit molam chartariam, amplissimas divitias consecutus Viennae am Graben magnificam domum aedificavit, et emit Dominium Ebergäszing. A Leopoldo II. Nobilis Hungariae, a Francisco I. Reg. autem Nobilis Imperii creatus, obiit 1798 die

31. Julii. — Primi post inventam artem typographicam in Hungaria Bibliopolae, qui libros propogandorem litterariam multum adjuverunt, erant: Theobaldus Feger concivis Budensis, qui exprimi curavit Augustae Vindelicorum Joannis Thuroczii Chronicon Hungariae anno 1488. apud Erhardum Rathold. Item Constitutiones Synodales Ecclesiae Cathedralis Strigoniensis. In fine hujus libri legitur: „Finiunt Constitutiones feliciter Synodales, Ecclesiae Cathedralis Strigoniensis Dioecesis, Viennae impressae, per Joannem Vinterburg, cura et expensis Theobaldi Feger Librarii, et Concivis Budensis. Anno Salutis 1494. die quarta decima mensis Aprilis. — Joannes Paep Librarius Budensis, cujus impensis Missale secundum chorum alme ecclesie Strigoniensis Venetiis 1498, per Joannem Emericum de Spira impressum fuit. — Urbanus Koym itidem Budensis Librarius, qui 1518. idem Missale impensis suis imprimi curavit Venetiis. Caeterum quia malevoli homines arte typographica quandoque abutebantur, Imperantes jus vetandi et indulgendi Typographias inter jura sua Majestatica numerare coeperunt, sic Rudolphus an 1584. die 15. Augusti Praga rescribens, typographias in Hungaria sine facultate sua erectas, praeter Typographiam Nicolai Telegdi Episcopi Tyrnaviae erectam, vetuit. Sub Ferdinando I-mo autem hac de re in Diaeta anni 1553. agebatur, Artic. XXIV. „Quod vero de editione impressioneque erroneorum librorum per Majestatem suam mentio facta est; Status et Ordines super ea re pro parte ipsorum nihil statuere; quum in eorum bonis nusquam id fieri, sibi constare affirment.” Constat ante hanc legem tres tantum in Hungaria et Transilvania Typographias, nempe Coronensem, Sárváriensem et Claudiopolitanam exstitisse.

# Memoria Typographiarum Inclyti Regni Hungariae, et Magni Principatus Transsilvaniae.

## Abrug-Bánya, in Comitatu Alba-Juliensi in Transsilvania.

I.

In hoc loco non videtur ulla stabilis typographia exstitisse, nec nisi sequens opusculum hic impressum mihi nosse licuit:

Comoedia, Balassi Mennihart arultatasarul, melliel elszakada az Magar Orszagi masodic valasztott János Királytól. Nyomtattatott Abrugybanyan 1569-dik Esztendőben.

## Agria.

II.

Auspiciis Francisci e Comitibus Barkóczy Episcopi Agriensis, Franciscus, Antonius Royer Posoniensis Typographus, typographiam suam circa annum 1756 Agriam transtulit, ubi post-

quam aliquot e prelo suo libros emisisset, Francisco Barkóczy ad Strigoniensem Archiepiscopatum promoto, ipse quoque Strigonium migravit, ibique artem typographicam usque ad mortem Primatis Barkóczy (1765.) exercuit. Non mansit tamen Agria sine typographo, quia jam anno 1759 adfuit ibi Carolus Josephus Bauer Episcopalis Typographus, et ultra sex annos diligentem in edendis bonis libris operam navavit. Postea Carolus e Comitibus Eszterházy de Galantha, Typographiam Scholae Episcopali propriam reddidit, eamque stabilivit. Stephanus Sándor in opere suo *Magyar Könyvesház* pagin. 245. producit libellum, cui titulus: II-dik Rákótzi Fejedelemnek etc. Hadi Törvényei in 4-to Agriae 1705. impressum, qui si revera exstat, Rákótziani typographiam propriam secum circumduxerint, et in hac, Agriae commorantes, memoratum libellum impresserint oportet. Caeterum in titulos Librorum, quos idem Sándor ad an. 1726, 1731., et 1744. tamquam Agriae impressos exhibet, error videtur irrepsisse.

---

Szegedy Joan. — Opusculum de Hierarchia Eul. et de Primatu S. Petri Apostoli ejusque successorum Romanorum Pontificum. Agriae Typis Francisci Antonii Royer 1756. in 8-vo pag. 270.

Compendiosa Chronologia Hungariae etc. opera et impensis Reverendiss. ac Clariss. Domini Michaelis Ambrosovszky, Canonici Agriensis Abb. B. M. V. de Egress Praepos. S. Petri, Archidiac. Szabolcsensis SS. Theolog. Doctoris etc. superiorum permissu impressa. Agriae typis Franc. Anton. Royer Episcopalis Typographi anno 1758. in 8-vo Accedit appendix, in qua texitur series chronologica Palatinorum, Locumtenentium, Judicum Curiae Regiae, Banorum Croatiae, Archiepiscoporum Strigoniensium, et Episcoporum Agriensium. Gusztini János Egri Kánonok Sári Apátur, és a' Teként. Királyi Táblának Praelatussa, utóbb Nitray

tray Püspök — Üdvözség Mannája, az az: Az Ur Jésus tulajdon Szent Testének és Vérének Sacramentoma etc. Egerben Bauer Károly Jósef Püspöki Könyvnyomtató által. 1759. in fol. pag. 853.

Balajthy Matthaei Elementa Mattheseos theoretico-practicae in usum Auditorum suorum. Agriae typis Caroli Josephi Bauer Episcopalis Typographi. An. 1765. in 4-to.

Statuta Dioecesis Agriensis. Agriae Typis Scholae Episcopalis 1767. in 4-to.

Ab anno 1804, quo Sedes Episcopalis in Archiepiscopalem sublimata est, sunt Agriae Typi Archiepiscopales.

## Alba-Julia (nunc Alba Carolina) in Comitatu ejusdem nominis in Transsilvania.

### III.

Albae Juliae Typograghiam erexit Raphael Hoffhalter Debrecino circa an. 1566 a Joanne Sigismundo Principe Transsilvaniae accersitus, usus erat titulo Regii Typographi, quia Joannes Sigismundus Regium titulum sibi arrogavit. Ob imagines abominandas in Sanctam Trinitatem e typographia sua vulgatas, uti Schesaeus coaevus Scriptor perhibet, ulciscente divina Nemesi, repentina morte (1567. exstinctus est, — Vidua ejus cum Rudolpho filio aliquamdiu administravit typographiam adjuvantibus Stephano Császmai Pastore, et Gregorio Wagner Ludi Rectore Ecclesiae Albensis Unitariorum. Verum Rudolphus Hoffhalter, mortuo Joanne Sigismundo Principe, Protectore suo, deserta Alba Julia, in Hungariam, in Comitatum Szaladiensem se recepit. Nullum abhinc vestigium typographiae Albae-Juliae reperi usque ad annum 1620, quo Princeps Gabriel Bethlen novam Typographiam erexit, quam a Succes-

soribus quoque Principibus sustentatam administrarunt: Válaszuti Andreas et Mezleni Martinus 1624. — Effmunt Jacobus Lignicensis 1628—1632. — Major Martinus 1642. et sequentibus. Haec Typographia anno 1658. dum Turcae et Tartari, contra Georgium II-dum Rákóczi Transsilvaniae Principem missi, Transsilvaniam igni ferroque vastarent, magno litterarum damno combusta est. Exigua ibidem Typographia circa an. 1702. pro usu Valachorum imprimis instructa, brevi iterum evanuit. Tandem anno 1785. Ignatius Comes de Batthyán Episcopus Transsilvanus, partem Typographiae Episcopalis Claudiopoli transtulit Albam Carolinam, e qua usque ad hoc tempus multa opuscula vulgata sunt.

---

Refutatio Scripti Petri Melii, quo nomine Synodi Debrecinae docet, Jehovalitatem et Trinitarium Deum, Patriarchis, Prophetis et Apostolis incognitum. Albae-Juliae Excudebat Typogr. Regius Raphael Hoffhalter Anno Christi Dom. M.DLXVII. in 4-to. —

Epithalamium in honorem nuptialem Domini Casparis Békes etc. Scriptum D.DLXVII. Albae-Juliae ex Regii Typographi Officina typographica Raphaelis Hoffhalter in 4-to. —

Brevis enarratio Disputationis Albanae de Deo Trino et Christo Duplici, coram Sereniss. Principe et tota Ecclesia, decem diebus habita, anno Domini MDLXVIII. 8-va Martii etc. Excusum Albae-Juliae, apud Viduam Raphaëlis Hoffhalter: Anno M.DLXVIII. in 4 to. —

Epistola ad Ecclesias Polonicas super quaestione, de Regno Millenario Jesu Christi his in terris. Albae-Juliae 1570. — —

Stephani Nyilas Melotani (Principis Gabrielis Bethlen Aulae Concionatoris) Agenda. Albae-Juliae 1621. —

Exequiae Principales az az: Halotti Pompa, mellyel az Isten felö, kegyes természetü Felséges Károlyi Susannanak etc. utolsó tizteseg tete-

tet 1622. esztendőben. Ki bocsattatot Feier-varat; nyomtattak Valasz-uti Andreas, es Mezlehi Marton. Anno Dn. MDCXXIV. in 4-to pag. 263.

Az néhai Felséges Báthori Gábornak, Erdély Országának Fejedelmének, Székelyek Ispánnyának, Magyar Ország Részeinek Urának, tizenöt esztendőkkel egy holnap 's hat nap héán az előtt, árultató Szolgaitol, öldököltetett, és mind ennyi ideigh föld szinén hagyatott testének el-takaritásakor az Báthori templomban Anno 1628. 21. Sept. Alvinci Péter Cassai, és Czeglédi János Etsedi Prédikátorok által tött intések. Albae Juliae impressit Jacobus E. Lignicensis an. 1628. in 4-to.

Az Wittembergai Academianak az Euangelica Religióért Számkivetést szenvedő Csehökhez, és Morvajakhoz küldet vigasztalása, mellyet az Magyar Nemzet idvösségére magyarúl forditot Tolnay István, az Tekéntetes és Nagyságos Rákótzy Györgynek, Erdélynek ditséretes Fejedelmének Udvari Prédikátora. Fejérváratt nyomtattatot Effmunt Jacab Fejedelem Urunk Typographusa és Compactora által An. D. 1632.

Medulla priscae, puraeque Latinitatis denuo impressa Albae Juliae Typis Celsiss. Principis M.DCLXVI. in 12-mo.

Joan. Henrici Bisterfeldii Philosophiae primae Seminarium, ita traditum, ut omnium disciplinarum fontes aperiat, earumque clavem porrigat. Albae Juliae. Excud. Martin. Major Coronensis Cels. Transilv. Princ. ac Scholae Typographus Anno 1652. in 8-vo.

Baranyi Pauli Cathecismus Valachicus. Albae Juliae. An. M.DCCII. in 8-vo.

Leges Ecclesiasticae Regni Hungariae et Provinciarum adjacentium, opera et studio Ignatii Comitis de Batthyán Episcopi Transsilvaniae collectae, et illustratae. Tomus primus Albae Carolinae Typis Episcopalibus An. M.DCCLXXXV. in fol. pag. 706.

In fine hujus operis haec habentur: „Typographus Lectori: Paucis me expediam, uuum alterumve verbum auribus tuis insusurrandum habeo; scire nimirum te volo, opus hoc nunc primum, seu inclinato jam anno 1787 evasisse praelum; annum tamen refert anteriorem, quo de

edendo opere cogitatio suscepta fuerat; porro typis coeperat exscribi Claudiopoli, quia autem hic consummatum fuit, Albam-Carolinam, quorsum pars Typographiae hujus commigravit, apponere visum fuit. Vale jam."

Martonfi Antonii — Initia Astronomica Speculae Batthyanianae Albensis in Transsilvania. Albae-Carolinae Typis Episcopalis 1798. in 4-to.

## Alba-Regia.

### IV.

Michael Szammer Typographus Veszprimiensis transtulit huc circa an. 1802. partem Typographiae suae Veszprimiensis. —

Nagy Pauli Canon. Albaregal. Carmina in perpetuum pietatis et venerationis monimentum Francisco II. semper Augusto Patri Patriae, quum communi populorum Gaudio haereditarius Austriae Imperator renunciaretur, oblata Sacrataque 1804. Albae-Regiae Typis Michaelis Szammer.

## Alsó-Lyndva.

### V.

Rudolphus Hoffhalter, Raphaëlis filius, relicta non multo post obitum Patris Alba-Julia, modo Alsó-Linduae et Nedelischae in Comitatu Szaladiensi sub protectione Nicolai Bánfi de Alsó-Lindva; modo Debrecini, et Magno-Varadini in Comitatu Bihariensi artem suam exercuit. Hinc apparet Typographiam Alsó-Lindvae non fuisse stabilem.

Postilla, az az Euangeliomoknak, mellyeket Esztendő által Keresztyének gyüleközetibe szoktak olvasni és hirdetni, Praedicatio szerint való

magyarázattya az régi és mostani Szent irásbeli Doktoroknak irásokból irattatott az Kultsár György Alsó-Lyndvai Praedikator altal 1574. Esztendöben. *In fine*: Alsó-Lyndván nyomtattatot Rudolphus Hoffhalter által. in 4-to *Titulus Dedicationis*: „Az Nagyságos Urnak, Alsó-Lyndvai Bánffi Miklosnak, Szala Vármegye Fö Ispányának, és a' felséges Maximilian Császárnak Poharnokjának etc. — Plura hujus typographiae vestigia non reperi.

## Balásfalva, in Comitatu Alba-Juliensi in Transsilvania.

### VI.

